



Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena

Origenes

Coloniæ, 1685

Ex Homilia XXXIX. Explanationum In Jeremiam Prophetam: in illud: Non poterat Dominus sustinere à facie iniquitatis vestra. Interprete Joanne Tarino.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79842](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79842)

quantur in tribunalibus: ubi alii quidem A
examinant, alii verò examinantur, hi autem
etiam in doloribus gravissimis versantur.
Tortores itaque scrutantur latera, scrutan-
tur corpora; Dominus autem solus novum
habet scrutandi modum; scrutatur enim
corda; & in solius Domini potestate est
scrutari corda & renes. Latronum hic la-
tera ex præscripto præfidis fodiantur; ibi
autem non ex præscripto Dei, sed ab ipso
met Dominò renes & corda cujusque exa-
minantur. Nisi fortè hic dixerò, eum qui-
dem cui hoc injungitur esse Filium, eum ve-
rò qui præcipit esse Patrem, & Verbum esse
quod scrutatur corda & renes, & omnibus
torturis omnibusque doloribus graviora
esse tormenta Verbi, cum corda renesque
scrutatur. Quamobrem agamus omnia, ne
isti inquisitioni tradamur; quâ inquisitione
minus quid arbitror patiens qui traduntur
dictis in Evangelio exactoribus: multis enim
traduntur, fortasse pluribus exactoribus
sub initium, cum necdum digni evaserint,
ut uni verbo corda renesque scrutanti tra-
dantur. Dives ille necdum dignus erat, qui
corda renesque scrutanti traderetur; idcirco
à pluribus torquebatur: postmodum autem
etiam ille hoc patitur, nisi dolore exercea-
tus scrutinium sustinuerit. Veruntamen ea
quæ nos manent sunt exactores, & scrutans
corda & renes de peccatis nostris: à quibus
peccatis nisi statim liberemur, in iis hærebi-
mus: ideo resurgentes à Deo auxilium po-
stulemus, ut in Christo Jesu beatificemur;
cui honor in sæcula sæculorum, Amen.

Ὡς καρδίας καὶ νεφρῶν ὁ πῶς ἀμαρτήμασιν ἡμῶν. ὧν ἀμαρτημάτων εἰς μὴτάχιστα
ἀπαλλαγῶμεν, ἐν τέτοις ἐσόμεθα. διὸ ἀναστάντες τῷ δυνάμει βοήθειαν αἰτήσωμεν.
ἵνα ἐν χειρὶ τοῦ μακαριωτάτου. ὃ ἡ δόξα εἰς τὰς ἀιώνας τῷ αἰῶνι, ἀμήν.

EX

HOMILIA XXXIX. EXPLANATIONUM

In Jeremiam Prophetam:

in illud:

lev. 14. 22. Non poterat Dominus sustinere à facie
iniquitatis vestræ.

EK

ΤΗΣ ΛΘ' ΟΜΙΛΙΑΣ

τῷ εἰς τὸν ἱερεμίαν διηγητικῶν.

εἰς τό.

Ὁὐκ ἠδυνάστε χεῖρας. Φέρετε δὲ τὰς πονηρίας ὑμῶν.

Interprete JO ANNE TARINO.

SI quando legens Scripturam incidas in
Sententiam, in quâ sit lapis offensionis,
& petra ruinæ, accusa teipsum; neque non

Εάν ποτε ἀναγνώσκων τὴν γραφὴν παρὰ
κόφης νοήματι. ὅτι καὶ λίθος πονηρίας
ματῶ, καὶ πέτρα σκανδάλου, αἰτιῶν σάν-
τον

τὸν· μὴ ἀπελπίης ὅτι τὸν λίθον τὸν ἐκ τοῦ
 σώματος καὶ τὴν πέτραν ἑοικάντα ἐχόν
 νοήματα, ὡς ἂν ἡρώδης τὸ ἐξημεῖρον· καὶ ὁ πι-
 σεύων ἐκ αἰσχυρῆς· πῶς δὲ πῶς ἐκ
 ἀνθρώπου τὸ νομίζον σκανδαλὸν πολ-
 λὴν ἀφέλειαν ἄγει· εἰ γὰρ ἡμεῖς ἐντολὴν
 ἐλάτουμεν μὴ λέγειν ῥῆμα δεινόν, ὡς δὴ οὐκ ὄντες
 αὐτὸν λόγον ἐν ἡμεῖς κερσεύωμεν, καὶ ὅσην δὲ
 ναυμὶ φιλοπνεύμεθα πᾶν ῥῆμα τὸ δεινὸν ἐκ
 ἑσώματος ἡμῶν ποιῶν ἐργάζεσθαι καὶ ἐν ἡμῖν
 τοῖς λόγοις καὶ ἐν τοῖς ἀκούσαι· τί χρὴ νοεῖν αὐτῶν
 τῶν περὶ τὸν ῥῆμα λαλῆσθαι διὰ
 σώματος αὐτῶν ἐργατικῶν καὶ ἐκ θαυμα-
 ζόν ἐκ πᾶν ῥῆμα τὸ λαλῆμεν τὸ πᾶν
 φησὶν ἐργάζεσθαι ἐργον τὸ πῆλπον ῥήματι.
 ἀλλὰ ὅδοιμα ὅτι καὶ πᾶν θαυμασίον γράμ-
 μα τὸ γεγραμμένον ἐν τοῖς λόγοις ἔχει ἐρ-
 γάζεσθαι· καὶ ἐκ ἐκείνων ἐν, ἡ μία κερσαία γε-
 γραμμένη ἐν τῇ γραφῇ, ἥτις τοῖς ὁπταμένοις
 ῥῆμα τὸ δυνάμει τῶν γραμμάτων, ἐκ ἐργα-
 ζομένου αὐτῆς ἐργον· ὡς περὶ τὸ πᾶν τῶν βοτανῶν
 ἐκαστὴ μὲν ἐκ δυνάμει, εἴτε ἐκ τῆς ὕλης αὐτῆς
 σώματος, εἴτε ἐκ τοῦ, τίς δὲ ἴσως· ἐκ πάντων δὲ
 ἐκ τῆς αὐτῆς ἐκαστῆς τῶν βοτανῶν ἐκ τῆς
 μὲν· ἀλλ' εἴ τις ἐκ τῆς αὐτῆς εἰληφασιν, ἔστι
 οἱ αὐτοῖς τοῖς βοτάναις διατείνοντες, ἵνα ἰδῶσι
 καὶ πότε ἀσφαλὲς ἀνομήν, καὶ πᾶν τῶν σω-
 μάτων ἐκ τῆς αὐτῆς, καὶ ἵνα τρεῖς σκῆδα-
 ζομένη ὀνήσῃ τὸν χεῖρον· * ὅτι οἱ οἱ τις
 βοτανικός ἐκ δυνάμει καὶ πνευματικός, ἀνα-
 γορεύεται· ἀπὸ τῶν ἱερῶν, γραμμάτων ἐκαστον
 ἰσχυρὰ, καὶ ἐκαστον τὸ πᾶν σοφίαν, ὡς δὲ ἰσχυρὸν
 τῇ δυνάμει ἔχει γραμμάτων, ὡς ἐκ τοῦ, πᾶν
 χρῆσιμον, ὡς ἐκ τῆς παλαιᾶς τῆς γεγραμμένης
 ἐκ βέλους καὶ δυνάμει ἀκούσαι ἐκ τῶν ἀσφα-
 λειν, ἐκαστον μέλος ἔχει σώματος ἡμῶν
 ὅτι τῇ ἐργῇ τῶν τεχνιτῶν ἐκ γεγραμμένων.
 ἀλλ' ἐκ πάντων ἐκ τῆς εἰδύμενης τῆς ἐκαστῆς τῶν με-
 λῶν μέγας τὸ πᾶν δυνάμει ἐκ χρεῖα· οἱ γὰρ
 αὐτοὶ τῶν ἀνατομῶν πραγματευσάμενοι τῇ
 ἰατρῇ, δύναται λέγειν ἐκαστον ἐκ τοῦ ἐλάχι-
 στον μέλους ἐκ τῆς χρεῖας τῶν περὶ τὴν αἰσχυρῆς γε-
 γραμμένων· νοεῖ μοι τοῦ καὶ τῶν γεγραμμένων τῶν
 τρεῖς πᾶσας βοτάναις, ἡ ἐκ τῆς αὐτῆς λόγος σώ-
 μα· εἰ γὰρ μὴ τε βοτανικός ἐκ γεγραμμένων, μὴτε
 ἀνατομικός τῶν περὶ τὴν αὐτῆς λόγων, μὴ νομίζε
 παλαιᾶν τί τῇ γεγραμμένων· ἀλλὰ σω-
 τὸν μόνον ἡ τῆς γεγραμμένης αἰσχυρῆς, ὡς μὴ δύσκειν τὸν λόγον τῇ γεγραμμένων· τρεῖς
 μοι τὸ περὶ τὴν αἰσχυρῆς καὶ τοῦ καὶ τῶν γεγραμμένων, ἵνα ἰδῶσι τῶν γεγραμμένων
 ἵνα περὶ τῶν αὐτῶν οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς ἀναγνώσῃ μὴ δὲ ἀσφαλὲς ἀνομήν ἀνεξέλεστον
 ἀνεξέρειον γεγραμμένα.

A credas lapidem hunc offensivum habere
 sensa illa, ut fiat quod dictum est: *Et qui cre-*
dit, non confundetur. Primum crede, & in-
 venies sub illo offendiculo plurimum san-
 ctæ utilitatis. Si enim in mandato habemus,
 ne verbum vanum & inutile dicamus, tan-
 quam ipsius rationem in iudicii die reddi-
 turi; & quantum eniti possumus, id stude-
 mus, ut omne verbum, quod ex ore nostro
 exit, aliquid efficiat & in nobis dicentibus
 & in audientibus: quid igitur existimandum
 est de Prophetis; nonne omne verbum ab
 eorum ore profectum efficax fuisse? Neque
 mirandum est, si quodcumque verbum
 emittebant Prophetæ, opus efficiebat ver-
 bis conveniens: sed & arbitror omnem mi-
 rabilem literam inter divina oracula per-
 scriptam efficere, neque unum jota esse, aut
 unum apicem in Scripturâ, qui opus suum
 non efficiat in iis qui virtute literarum uti
 sciunt. Quemadmodum autem herbarum
 singulæ suas habent vires, sive ad sanitatem
 corporum, sive ad aliud quidpiam; nec ta-
 men sciunt omnes cui quæque rei herba sit
 utilis, sed qui scientia illa præditi sunt, &
 in re herbariæ versantur, ut sciant, quando
 sumpta, & cui parti corporum appolita, &
 quomodo parata & temperata utenti opem
 ferat. Ita herbarius, ut ita dicam, est vir
 sanctus & spiritualis, scilicet de sacris Scri-
 pturis quodlibet jota, & quodlibet obvium
 elementum, & literæ virtutem inveniens &
 quem ad usum accommodari possit, & ni-
 hil in scriptis supervacuum esse. Si & al-
 terum audire vis hujus rei exemplum, sin-
 gula membra nostri corporis ad opus ali-
 quod ab opifice Deo condita sunt; sed non
 est omnium scire quæ singulorum ad minu-
 tissimum quodque potestas & usus sit. Qui
 enim in corporibus dissecandis occupantur
 Medici, dicere hæc sigillatim possunt, &
 quem ad usum minima pars corporis a pro-
 videntia effecta sit. Considera itaque Scri-
 pturas ad hunc modum, tanquam omnes
 herbae sint, aut unum perfectum orationis
 corpus: Si verò neque herbarius es Scri-
 pturarum, neque dissecator prophetiarum
 sermonum, ne idcirco existima in Scriptu-
 ris quidpiam redundare, sed te ipsum solum,
 potius quam literas sacras accusa, cum ra-
 tionem eorum quæ scripta sunt, non inven-
 nis. Hoc à me in universum proœmium
 dictum est, quod universæ scripturæ ac-
 commodari potest, ut moneantur, qui hu-
 jus lectioni se dedere cogitant, nullam non
 discussam & diligenter pervestigatam
 literam prætermittere.